

De Definitione.

557

25. Triplex verò accidentium definitio solet constitui, essentialis, causalis, & perfecta.

26. Essentialis constat genere & differentiâ, à subjecto desumptâ, ut cum eclipsis lunaris definitur, quod sit privatio luminis in lunâ, ubi differentia à subjecto, nempe luna, est desumpta.

27. Causalis constat genere & causâ propter quam; ut cum dicitur, eclipsin lunarem esse privationem luminis, ortam ex interpositione terræ inter solem & lunam.

28. Perfecta denique vocatur, quæ constat genere & differentiâ, quæ simul à subjecto & causâ propter quam desumpta est, ut cum eclipsis lunaris definitur per privationem luminis in lunâ, ortam ex interpositione terræ inter solem & lunam.

29. Atque de hac perfectâ definitione intelligendum est, quod supra dictum fuit, formatâ scil. demonstratione nos habere etiam definitionem, hæc enim definitio eodem cum demonstratione terminos habet, subjectum, affectio-
nem